



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Servii Amicus Fidelis Usque Ad Mortem

Bouchy, Philippe

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. II. Litanie Beatæ Virginis Lauretanæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54799)

cationem nominis tui benignus assiste, ut famulum tuum (*famulam tuam*) ab ægitudine liberatum (*liberatam*) & sanitati donatum (*donatam*) dexterâ tuâ erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ Sanctæ cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Dominum nostrum, &c.

§. II.

*Litania Beata Virginis  
Lauretana.*

**K**Yrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Misere nobis  
Fili Redemptor mundi Deus, Mi-  
serere nobis.

Spiritus Sancte Deus, Misere  
nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Misere  
nobis. Sancta

Sancta Maria,  
Sancta Dei genitrix,  
Sancta Virgo Virginum,  
Mater Christi,  
Mater divinæ gratiæ;  
Mater purissima,  
Mater castissima,  
Mater inviolata,  
Mater intemerata,  
Mater amabilis,  
Mater admirabilis,  
Mater Creatoris,  
Mater Salvatoris,  
Virgo prudentissima,  
Virgo veneranda,  
Virgo prædicanda,  
Virgo potens,  
Virgo clemens,  
Virgo fidelis,  
Speculum Justitiæ,  
Sedes sapientiæ,  
Causa nostræ lætitiæ,  
Vas spirituale,  
Vas honorabile,  
Vas insignis devotionis,  
Rosa mystica,

ORA PRO EO.

L 3

Turris

Turris Davidica,  
 Turris eburnea,  
 Domus aurea,  
 Fœderis arca,  
 Janua cœli,  
 Stella matutina,  
 Salus infirmorum,  
 Refugium peccatorum,  
 Consolatrix afflictorum,  
 Auxilium Christianorum,  
 Regina Angelorum,  
 Regina Patriarcharum,  
 Regina Prophetarum,  
 Regina Apostolorum,  
 Regina Martyrum,  
 Regina Confessorum,  
 Regina Virginum,  
 Regina Sanctorum omnium,  
 A cunctis periculis, Libera eum  
 Mediatrix nostra.  
 Per immaculatam Conceptionem  
 tuam, Libera eum Mediatrix  
 nostra  
 Per Sanctam Nativitatem tuam,  
 Libera eum Mediatrix no-  
 stra.

Per

Per venerabilem Præsentationem  
tuam, Libera eum Mediatrix  
nostra.

Per admirabilem annuntiationem  
tuam, Libera eum Mediatrix nostra.

Per mundissimam Purificationem  
tuam, Libera eum Mediatrix  
nostra.

Per gloriosam Assumptionem  
tuam, Libera eum Mediatrix  
nostra.

Peccatores, Te rogamus audinos.  
Ut veram pœnitentiam nobis im-  
petrare digneris, Te rogamus au-  
dinos.

Mater Dei, Te rogamus audi nos  
Agnus Dei qui tollis peccata  
mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mun-  
di, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata Mun-  
di, Miserere nobis.

*Vers.* Ora pro nobis Sancta Dei ge-  
nitrix.

*Resp.* Ut digni efficiamur promissio-  
nibus Christi.

## O R E M U S .

**C**oncede hunc famulum tuum, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosæ B. Mariæ semper Virginis intercessione, & præsentis liberari tristitia, & æternæ perfrui lætitia.

**D**eus, cui proprium est misereri semper & parcere; suscipe deprecationem nostram, ut nos, & hunc famulum tuum, quos delictorum catena constringit, miserationis tuæ pietatis clementer absolvas.

**D**eus infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilii tui super infirmum famulum tuum ostende virtutem, ut ope misericordis tuæ adjutus, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis representari mereatur.

Omni-

**O**Mnipotens sempiternus Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo N. pro quo misericordie tuæ imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones.

**R**espice, Domine famulum tuum in infirmitate sui corporis laborantem, & animam refove quam creasti, ut castigationibus emendatus, continuò sentiat tuam medicinam salvatum. Per Dominum nostrum, &c.

Benedicat te Deus Pater †, sancte Deus Filius †, illuminet te Spiritus Sanctus †, Cor tuum custodiat, animam tuam salvet, & ad supernam vitam te perducatur Amen.